



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Quid Feriae? in quo differunt à dilationibus? quae earum divisio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

transiliens, eius vaccam occidit. Super hoc Rusticus Prætorem accedens, meus, inquit, Taurus tuam cornibus vaccam impetiit & occidit. Quid juris? Prætor incunctanter, quod aliud, inquit, quam ut vaccæ damnatum tauri nomine mihi præstes, respondeat taurum, si mavis, noxæ dedas? Inquit, Rusticus, ignosces imperitiam meam, linguâ lapsus præposterè causam proposui: nam tuus taurus meam interfecit vaccam. Tum Prætor impudens, isthæc, inquit, alia res est. *Cognatus lib. 1. Narrat. Quæritur, an si ea delatio die festo accidisset, Prætor dictam contra semetipsum potest nulla ducere sententiam ratione sacræ potuerit? Resol. petitur ex num.*

I.

**P**ost titulum de dilationibus, subditur titulum de feriis, quia largo modo dilationes vocari possunt, & quia dies iuriorum atq; tempora putanda: quæ

dēputatio bimembris est: aut enim quæ-  
rimus, quibus diebus iudicio experiri li-  
ceat, aut intra quæ tempora iudicia pera-  
genda sint. Differunt feriæ à dilationibus,  
quod intra dilationum tempora ea pera-  
gi possint, imò debeant, ad quæ peragen-  
da dilationes conceduntur: tempore ve-  
rò feriarum nullus contentiosæ jurisdic-  
tionis actus regulariter exerceri queat.  
Nam Feriæ hic generatim dicuntur dies  
seu tempora, quibus forensis strepitus &  
contētiosæ jurisdictionis exercitium pla-  
nè conquiescere iubetur, ut constat ex *L. 5.*  
*ff. h. t.* & idè olim dictæ sunt iustitiū, quod  
iustum staret nec progredieretur. Gellius  
*lib. 20. cap. 1.* quia non licebat lege agere,  
& Prætor tria illa verba, *Do, Dico, Addico,*  
efficaciter effari non poterat. Varro *5. de*  
*lingua lat.* Feriæ autem vel solennes sunt seu  
ordinariæ, vel repentinæ seu extraordina-  
riæ. Solennes sunt, quæ legibus ita defini-  
untur, ut quotannis in orbem recurrant,  
undè & statæ & anniversariæ nuncupan-  
tur: sunt quæ vel Divinæ vel humanæ:  
Divinæ, quæ Divini cultus gratia consti-  
tuuntur, cuiusmodi sunt dies Festi & alii

quidam, de quibus *cap. 1. & ult. h. t. L. 2. §. 6. 7. 8. C. eod.* Humanæ sunt, quæ ob necessitates & utilitates humanas juxta cuiusvis Regionis consuetudinem conceduntur, cuiusmodi sunt dies messium tempora pestis, belli, à die circiter octavarum Calendarum Julii usque ad Calendas Augusti: vindemiarum, à die 10. Calendarum Septemb: usq; ad Idus Octobris *L. 2. §. de fer. L. 1. ff. eodem*) & nundinarum *L. un. C. de nund. & mercat.* Repentinæ sunt, quæ extra ordinem, ob res domesticæ militiæve prosperè gestas, vel ob luctum publicum, aut communem lætitiæ dicuntur, quales fuerunt, quas ob bellum cum Carthaginensibus feliciter actum dixit Scipio apud Livium *lib. 38.* ob mortem vitæ filii Imperatoris, Regis, & alterius Principis, ad quod alludit Martialis. *talem colimus silete leges.*

2. Inter divinas & humanas hoc inter est: humanis, tametsi regulariter ius divinum non possit, potest tamen de consensu legislatorum, quia favoribus in gratiam principum principaliter constitutis renu-